

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Quarti ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XLVII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150224

A sic infligitur, non est quia æternitas sit per se de ratione pene in quantum æqualiter punitiua, sed accidit propter æternitatem personæ punitæ, & culpæ remanentis, & istud magis saluat quomodo secundum modum delicti erit & plagarum modus, loquendo de intentione, quæ per se requiritur in pena, extensio infinita sibi accidit ex causis prædictis.

Deut. 27.

¶ Ad aliud dico, quod sicut medicina est duplex, curatiua, & præseruatiua, sic pena dupliciter est medicina: corrigibili infligitur ut curet, incorrigibili, ut præseruet, non ipsum, sed alios. quia ad bonum communis est, quod determinentur per legislatorem aliquæ pene, & istæ infligantur delinquentibus. & non tantum in determinatione, sed etiam in inflicto ne sunt medicinæ præseruatiue illis, qui sunt in statu præseruationis, quod autem punitio neutro modo sit medicina, non repugnat iustitiæ, patet in poenis ciuilibus determinatis pro magnis culpis.

¶ Ad aliud dico, quod Iacobus intelligit de misericordia liberate, & similiter Aug. ad aliud tantum, & quantum, non nominant æqualitatem quantitatis, sed proportionis, hoc est, quod qui plus se inordinate glorificauit, quam alius, ille secundum proportionem similem, plus alio puniatur. sicut licet premium cedat meritum, qui plus alio meruerit, plus proportionaliter præmiatur. qd nobis cedat &c.

SOLET ETIAM QVÆSTIO RI QVAILITER DABITVR &c.

DISTIN. XLVII.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum vnuerſale iudicium sit futurum.



IUCA istam 47. distin. quæro primo. Vtrum vnuerſale iudicium sit futurum. Quod dicitur.

Io. 12. Nunc iudicium est mundi. **¶** Præterea. Naū primo. Non punit dñs bis in idipsum. **¶** Licet dicitur Aug. ad hesitium, in quo quem inuenit ultimus eius dies, in idipso eo inuenit eum ultimus secundus dies. **¶** Ex his omnibus cum hæc addita iudicium vniuersale est quod moritur, sequitur quod nolum aliud iudicium expectetur. **¶** Hoc etiam probatur ratione, quia iusta non demandatur executioni nisi post iudicium, quia frustra sequeretur iudicium post executionem iustæ, sed damnati erunt dñati ante diem iudicii, & beati beati. ergo executio haberet ante iudiciū illius sententiæ tunc esset ferenda, ergo tunc haberet frustra iudiciū. **¶** Præterea in Psal. Non resurgunt impij in iudicio. **¶** Præterea Matth. 19. dicit Christus apostolis. Sed obitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. ergo apostoli non iudicabuntur. **¶** Et pro hoc est Grego. moral. 26. & ponitur in littera distinc. quadagesima septima. in iudicio erunt quatuor ordines, vnus illorum qui iudicabunt & non iudicabuntur.

¶ Oppo.

A. Oppositum Aug. 20. de ciu. Dei. c. 21. loquens de fine libri istius, permittit inquit ipse Prophetas fines ecclesie ad quos per ultimum iudicium facta beatorum malorumque descriptione venient, ubi pertractant diffuse illa verba istius ultimo. Veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, & egredietur, & videbunt membra hominum, qui praeparati sunt in me. vens translatio. 70. interpretum qua & corripitur vitur, & in fine subdit, in bonis caro in malis membra vel cadauera nominatur, profecto post resurrectionem carnis cuius fides his rerum vocabulis omnino firmatur illud quo boni & mali suis finibus dirimuntur, futurum esse iudicium declaratur.

B. RESPONDEO. Iudicium generaliter accipitur pro quacumque certa notitia. Et illo modo sensus etiam distincte apprehendens obiectum vel distinguens obiectum ab obiecto (ubi requiritur forte magis distincta apprehensio) dicitur iudicium. Vnde de secundo de anima dicitur sensus communis iudicare de sensibilibus diuersorum sensuum. Alio modo iudicium dicitur certa apprehensio intellectualis etiam quaecunque. Et hoc modo distincta cognitio de aliquo potest dici iudicium de veritate illius iuxta illud primi Ethici, unusquisque bene iudicat quod cognoscit, & hic est bonus iudex. Adhuc magis proprie dicitur de vero aliquo complexo, quia secundum Aug. 3. de lib. arbi. nullus iudicat de regulis eternis, sed secundum eas de alijs, ergo iudicium est certa apprehensio de aliquo per aliud, &

verum complexum apprehenditur esse verum per aliud. quia si est immediatum adhuc iudicatur verum per rationes terminorum, secundum philosophum primo posteriorum. principia cognoscimus in quantum terminos cognoscimus. Adhuc magis proprie dicitur de vero complexo quod est conclusio, quia de conclusione iudicatur non per terminos, sed per principia. Adhuc magis specialiter dicitur de conclusione practica quam speculativa, quia iudicium est dictamen intellectus practici consonum iustitiae, iustitia autem non respicit speculabilia, sed operabilia. Adhuc specialius (cum lex non tamen determinet agenda & fugienda, sed determinat reddenda praemia bene meritis, & supplicia male meritis, ut ex amore praemiorum alliciantur ad bene agendum, & ex timore poenarum vel suppliciorum retrahantur a male agendo,) magis proprie iudicium dicitur determinatio certa de praemijs & supplicijs reddendis quam de alijs veritatibus practicis. illas autem veritates licet quilibet possit ex principijs practicis elicere, & sic quasi ratiocinando iudicare, tamen adhuc strictius iudicium accipitur prout pertinet ad habentem auctoritatem determinandi iuxta illud, extra de sententijs, Sententia a non suo iudice lata nulla est. ergo completissima ratio iudicij stat in hoc, quod est completa determinatio & auctoritativa reddendi alicui secundum merita sua, completa inquam, quia includit determinationem firmam intellectus & determinationem voluntatis efficacem, hoc est voluntatis potentiam.

c. 6.

D

C. si non a
compe. l.
r. 2. & vl.
idem de
reg. iur. in
o.

A tix & intendens secundum determinationem intellectus retribuire, & hoc est quod specificatur per illud autentica, quia per hoc intelligitur quod sit illius qui secundum voluntatem suam efficacem potest determinationem intellectus, & determinationem voluntatis perducere ad effectum.

¶ Ex hoc apparet diuisio iudicij in genere in approbatiuum & condemnatiuum. nam iudicij possunt esse manifesta aliqua ex quibus sequitur in particulari illum esse premiandum: puta quia bene meruit, vel puniendum, quia male meruit, & prima sententia est approbatiua, secunda est condemnatiua. Iuxta ista quandoque in nobis feruntur dux aliae sententiae, puta si pro aliquo proponantur digna premio, & iudex inueniat proposita non esse vera, sequitur sententia repulsiua a premio. Similiter si contra aliquem proponuntur aliqua digna supplicio & inueniantur non esse vera, sequitur sententia absolutiua seu absoluens, puta, talis coram nobis accusatum pronunciamus innocentem.

D E S E C V N D O dico quod proprie accipiendo iudicium & secundum utrumque membrum diuisionis erit iudicium generale, ad quod non potest haberi demonstratio, quia minus notum est quam resurrectio, & tamen (ut dictum est supra) resurrectio demonstrari non potest. ¶ Sed ponuntur ad istud quatuor congruentiae. ¶ Prima talis, quia congruum est finaliter separari omnes malos ab omnibus bonis. non enim malus communicatur cum bono nisi vel ad hoc ut malus corrigatur, vel ut bonus per eum exerceatur, secundum illud Aug.

super Psal. nunc autem veniet conclusio boni exerceantur nec mali corrigantur. ergo congruum est ferri finaliter quod est finis, ergo & generale iudicium, ut separatio illa generalis appareat iusta.

¶ Secunda congruentia, quia in secretis iudicijs quae sunt circa singulas personas, licet sit iustitia, non tamen omnibus manifesta. Rationabile est ergo quod Deus habeat aliquod iudicium generale, in quo manifestetur finis vel iustitia quam exercuit in iudicijs particularibus.

¶ Tertia congruentia, sicut res sunt a primo efficiente, ita reducuntur in primum ut in finem, sed praeter speciales exitus totae a Deo per illam operationem de qua dicit Saluator Iesus, pater meus usque modo operatur, & ego operor. fuit vnus exitus vultus in prima rerum creatione. ergo a simili praeter singulares reductiones congruit esse vnam finalem sententiam discretiuam, in qua mali non reducuntur.

¶ Quarta & est melior, quia praeter hoc quod vnusquisque alienabatur regno vel carceri, tota multitudo praeparata ad regnum debet aliquando determinari ad possidendum illud, & tota alia multitudo relinqui carceri, nisi sit sequestratio duarum familiarum seu duarum ciuitatum. sicut tractat Augustinus. peritum de ciui. Dei. sicut ergo singulariter nunc iste nunc ille alienabatur regno. nunc iste nunc ille carceri, tamen congruum est esse aliquod iudicium generale per quod tota multitudo praeparata ad regnum mittatur in possessionem regni, & tota alia relinquatur carceri.

A. DE TERTIO. In illo iudicio aliquid erit praeuium videlicet innocentia meritorum vel demeritorum, propter quae feretur sententia talis vel talis. Et aliud completiuum. Ratio sententiae, & executio illius, licet possint distingui ratio & executio. Primum dubium est, an fiat in tempore vel in instanti, & si in tempore breui vel non breui, possibile quidem est quod merita singulorum omnia singulis immutentur, ita quod sit miraculum ex parte ostensionis, tamen si dimittatur vnusquisque intellectus suo modo intelligendi naturalis, tunc in tali ostensione requireretur magnum tempus ad intelligendum merita successiue, primo istius, secundo illius, & sic de singulis. Secundo possibile est quod vnicuique manifestentur merita vel demerita propria in speciali, & merita vel demerita aliorum in generali, hoc dupliciter. Vel sic quod singulas personas consideret, tamen hanc vti iustam, & praemiandam propter merita eius in generali concepta, & illam vti iniustam & puniendam propter demerita eius concepta in generali. Vel alio modo non singulas personas concipiendo in speciali, & merita eorum in generali, sed tam personas quam merita in generali, vtpote concipiendo omnes relictos in terra esse reprobos & iuste condemnandos, omnes autem reprobos a Christo obuiam in nubibus esse iustos & praemiandos, & illorum praemium requireret magnam successionem, quia consideratio sigillatim singularum personarum, (licet sine consideratione singulorum meritorum)

non posset fieri subito a communi intellectu creato sine miraculo. Tertio modo in generali, vel quarto in speciali possibile esset per potentiam diuinam non tantum manifestantem, sed creantem actum vel actus cognoscendi & intellectiones distinctas omnium meritorum, & hoc omnium personarum simul in quocunque intellectu, quia quaecumque non repugnant formaliter, & possunt successiue recipi in aliquo absoluta potentia diuina, possunt simul recipi in eodem. Et si istud vltimum ponatur, tunc illud praambulium non oportet esse nisi in instanti sequens, si ipsa sententia si proferatur vocaliter erit in tempore, si tantum mentaliter poterit esse in instanti, non tantum quantum ad Christum proferentem, sed et quantum ad illos pro quibus vel contra quos sententia proferet, quia posset facere eos in instanti concipere sententiam talem vel talem.

DE QVARTO. Si erit *Mat. 25. Ni. de li. super 3. Io* ibi disceptatio vocalis vel prolatio sententiae vocalis erit in tempore: si autem erit in instanti, oportet quod vtrumque sit tantum mentale, & eius possibilitas iam dicta est, vel quod magis vbi consolare euangelio quod disceptatio erit vocalis & prolatio sententiae, siue illa disceptatio manifestetur singulis subito vel in paruo tempore vel in magno.

DE LOCO autem dicunt aliqui quod erit in valle Iosaphat secundum illud Iohelis. 3. Adducam omnes gentes in vallem Iosaphat. Sed plane vult apostolus prima Thel. 4. Quod boni rapidi obuiam Christo in aere, male relinquentur in terra, & boni non erunt in valle Iosaphat, ma-

Ali forte erunt ibi vel in circuitu in tanto loco quantus poterit eos capere. forte etiam cum dicatur ab aliquo quod iudex descendet inferius in aere, in quo fuit in transfiguratione, vel quo transfiguratus est coram Apostolis, in qua transfiguratione ostendit signum gloria futurae.

AD PRIMVM arg. sequitur ibi. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras, princeps. scilicet diabolus qui vsq; ad aduentum Christi principabatur mundo (licet tyrannice). Iergo iudicium mundi quod nunc est ait Christus erat ad illam eiectionem, quia sententiabatur ipsum expellendum per passionem Christi.

Ad secundum de Naum, & similiter ad Aug. & ad rationem sequentem dico qd vnusquisque in quantum persona priuata iudicatur, & finaliter qm est in termino vix sibi praefix, sed in quantum est pars familiae deputatae pro aula vel familiae deputatae pro carcere iudicabitur cum alijs iudicio finati. Et per idem apparet ad dictum Grego. de 4. ordinibus in iudicio. perfecti quidem quantum ad disceptationem praecedentem sententiam non iudicabuntur, sed nec ipsi nec alij iudicio pertinentes ad eos vt priuatas personas, sed in eo quod dicitur. venite benedicti patris mei percipite regnum. omnes filij regni iudicabuntur iudicio generali, vt haeredes illius regni. Similiter infideles quantum ad disceptationem priuam non iudicabuntur iudicio generali, sed in illo. Ite maledicti &c. Et ipsi alij quibus prolata est disceptatio iudicabuntur in communi vt membra carceris, & tunc accrescet aliquod gaudium

vnique electo ultra illud qd habent in iudicio particulari, quia quilibet gaudebit de integritate suae ciuitatis, & accrescet aliquod supplicium cuiuslibet nato ultra supplicium paritatis sibi taxatum, quia integritas vel repletio carceris vnusquisque in carceratum angustat.

Ad illud Psal. Non resurgens. verum est ad vitam, iuxta illud Macha. dictu de Antiocho. Tunc autem resurrectio ad vitam non erit. Et hoc apparet ex eo quod subditur, neque peccatores in consilio iustorum. siue accipitur ibi iustorum. id est iustis consilium quod perpetuo beatificetur est Dei, siue consilium iustorum, quo scilicet consulunt, consilium iustorum est in omnibus voluntati diuinae concordare, & in illam concordiam impij non resurgunt.

QUESTIO II.

Verum mundus sit purgandus per ignem.

Secundo quare. Vtrum mundus sit purgandus per ignem. Quod non, quia tunc idem purgaret se quod est inconueniens. **Oppositum** in Psal. Ignis autem ipsum praecedet, & adducitur in littera.

RESPONDEO Olla cohaeratio, vel purgatio per cohaerationem (q; praefix in multis auctoritatibus. & praecipue secunda Petri. 3. Celi ardentis soluentur, elementa vero ignis ardore tabescent &c.) multipliciter est possibilis Deo, quia omni modo* quo non includit contradictionem,

Ad illud. 25.

etiam,

A dictionem, sed quis modus sit magis consonus naturæ partiū vniuersū inquiramus.

¶ Potest esse, quod aliquis ignis sit de nouo creatus, & magis vel paræ quantitatis, & potest esse quod sit simul in aliqua tota latitudine, & spissitudine circa terram, & non vbiq̃ue, nisi per motum circa terram, & similiter potest esse vtrunque illorum. primum quod ignis sit generatus, secundum quod sit in aliqua determinata parte super terram, & non vbiq̃ue, nisi per motum circa terram. ¶ De his, ergo duobus. scilicet productione illius ignis, & loco productionis, vel conseruationis, siue continuationis inquiratur.

DE PRIMO. Si ponatur creatus, & oportet ponere, quod tantundem de alio corpore corruptibili annihiletur, vel quod in tota substantia corporea corruptibili fiat condensatio correspondens quantitati illius ignis creati, vel oportet ponere, quod ille ignis creatus sit simul cum alio corpore. Si etiam ponatur generatus, & per consequens ex alio corpore grossiori, quia ignis est subtilissimum corpus inter corpora corruptibilia, oportet dicere quod aliud corpus corruptibile in tantum condenses, quantum istud est rarius corpore ex quo generatur, vel quod proportio nabiliter isti quantitati, e conuerso corpus rarius conuertatur in densius. Si ergo generetur ex aere, oportet vel quod aer in aquam conuerteretur, vel aqua in terram in tanta proportionē, quæ corresponderet locationi illius ignis geniti, parer in exemplo. Esto enim quod tota sphaera aeris diuidatur in decem par-

tes. ex vna illarum generatur ignis, & habet decem partes, quarum qualibet est æqualis illi, ex qua generetur totus ignis. Tunc quæro nouem partes aeris, quæ remanēt vbi habebunt locum, vel oportet duo corpora esse simul, vel oportet illas condensari, vel alia corpora circumstantia vique ad non repletionem loci nouem partium. Si autem hoc fiat per conuerſionem illarum nouem partium in aquam, habebitur locatio ignis geniti, & si non fiat condensatio alicuius alterius, quia illa nouem non generant vnā partem aquæ, sed fere quæ cum. 19. partibus ignis prius geniti, quarum vna locatur in loco aeris corrupti in ignem, impletur totum locum decem partium aeris, & tunc esset cum incendio ignis diluuium aquæ, licet non in tanta quantitate, in quanta est incendium ignis. aqua quippe excederet aquam præexistentem in decem partes ad illum ignem nouum genitum.

DE SECUNDO. Cum ignis non maneat extra sphaeram suam nisi in continua generatione secundum illud philosophi de iuuentute & senectute semper est in fieri, quomodo permaneret in aliqua sphaera completa circa terram, quomodo etiam depuraret, cum depuratio non sit, nisi per consumptionem alicuius impuritatis, utpote vaporum, vel aliorum talium corporum mixtorum, ex quibus est impuritas aeris. Breuiter ergo quantum ad vtrunque articulum, videtur probabilius dicere, quod sicut ignis potest ex-

tra

D

Atra suam spherā esse in materia aliena, utpote in corpore ignito, ut carbone, vel flamma, non quod ibi sit in partibus solidis vere forma ignis, nisi ponatur, formas específicas distinctas simul perficere eandem materiam, quod videtur inconueniens. sic vapores existentes in aere per juxtapositionem possunt igniri, & ista ignitio successiua, nunc illorum vaporum, nunc istorum saltem pro toto aere supra posito regioni habitabili hominū, potest dici illa conflagratio.

¶ Et per istud bene depuratur aer, quia illa corpora ignita conuertuntur statim in verum & purum aerem in sua regione predominante. scilicet aere & illo corpore ignito per qualitates mutuas contrarias in ipso. scilicet ignis, & vaporis modicum resistenti aeri,

Bquia quodammodo agit ad destructionem sui, vapor autē non ignitus, non sic esset statim conuertibilis ab igne in purū aerē, apparet ergo quomodo flāma potest ad depurationem aeris grossi, quia per actionem illam prauitiam corporis igniti. scilicet hūctis qualitatem igneam in seipsum. aqueum vero, & substantialiter habens qualitatem aqua, disponitur a continente, ut statim conuertatur in ipsum continens, & sic generatur aer purus, qui non sic poterat in seipsum conuertere illum vaporem manentem grossum.

AD ARGVMENTVM dico, quod ignis semper manet in se purus puritate naturali, tū quia lumme actius, ita quod statim conuerteret ignis in se si quid extraneę naturę ascenderet ad regionē illā, tum quia nihil per actionem corporū cele-

stium eleuat ad illā regionē ignis puri, ut sic fiat ignis impurus. specialit̃ aut illa impuritas de fumo sacrificiorum oblatorum idolis, & de infectione ex potestate hoīs, non ascendit ad statum ignis, quia nec fumus ille, nec aliqua infecta quacumque ex actibus immundis vique ad ignē potest ascendere. illa autem depuratio ponitur per impuritatem aeris, contra dā ex actibus peccati humani, ideo non sequitur ignem purgare seipsum.

SOLET ETIAM QVARIARI &c.

DIST. XLVIII.

QVÆSTIO I.

Vtrum Christus in forma hominis inueniatur.



Ita est istam dīctam q̃ro primo. Vtrum Christus in forma humana iudicabit. Qd non. Soluere non est, nisi potestatem hūctis & dñm super iudicatum, Xps fm naturā humanā est frater noster, ergo non dñs. s̃ frater. s̃c̃a Aug. li. 3. & ponit in lra h̃p̃ illud Io. 5. Filius quos vult viuificat, suscitāt corpora nō p̃, sed filius fm disp̃sationē humanitatis, in qua est minor p̃tre, & post subdit, fm aut q̃ Deus est viuificat aīas, iudicare autē negis pertinet ad aīam, q̃ ad corpus, ergo illud nō cōpetit Xpo, nisi fm q̃ Deus est. & r̃g̃eretur i forma humana iudicabit, aut ergo gloriola, aut non, si gloriola, sequitur duplex inconstans. primo, quod corpus gloriolum